

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 53

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 114.

114.

Cod. LIII.

Gebrüder Hispania.
lenfis De
Astronomia.

Cod. LIII.

Chartae. Fol. 502. 13. (14)

1.
4. 17.

Gebrüder Hispania tractatus novem de Astronomia, seu Expositio in Ptolemaei novem libros. Incipit: "Verba Gebrüder filii Affla Hispania. Scientia Species habet, quarum melior post scientiam fidei est, cuius Ficta fixa sunt, remanentia, inalterata." Principium itaque operis nostri idem est, ut in codice Vaticano, teste Antonio Bill. Hisp. T. 2. p. 287. Sed non titulus qui ibi sonat. Verba Gebrüder filii Joseph Hispania qui corrigit in pluribus Ptolemaum. Obisus Ptolemaei corrigendi Studium apud Nicol. Copernicum Calumnia notam incurrit Geberus, sed vindicatus est a Cardano p. 3. 3. oper. suor. pag. 604. dum de eo testatur, quod multa in melius mutaverit, quae ad Statum Coeli pertinebant. Vossius / ger. / oper. suor. T. 3. de Mathesi p. 120. n. 9. Ultima verba codicis nostri sunt: "Com. plecta est declaratio eius" an totius operis etiam, me fugit. In margine multa figura mathematica. Subtili Calamo ducta.

Geberum hoc. XII. floruisse, arabice scripsisse, et a Gerardo Cremonensi in Latin. sermonem translatum fuisse, asserit Ricciolus in Almagesto novo T. I. in Chronis. p. XXXIX. Opus hoc Gebrüder Noribergae editum est a Petrejo a. 1533. cum instrumenti primi mobilis Petri Apiani. Initio de Sphaericis agit Triangulis, quantumquidem exigitur ad Calculum Astronomicum. Ex hoc volumine, Mercenius in Synopsi Mathem. p. 230. ait, multa sumserunt Georg. Purbachius, et Jo. Regiomontanus, dum praedictum opus Ptolemaei cum in epitome ordinatissime redigunt. Ita Heilbronner in Hist. Mathes. p. 427. S. 347. Proter laudatos vid. etiam Antonii Bill. Hisp. T. 2. p. 250.

De Gerardo Cremonensi egi Supra Cod. X.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 53

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=1746

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)